Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



he

hodie i domo dicendo pro eis xpis sicut scripturam dicit e hodie si
voce eius audieritis nolite obdurare corda vra Nam si eis iesus
nave requiem prestasset, nunquam de alio loquere post hanc diem. Ergo reli
qui sabbatismus populo dei Qui enim ingressus est in requiem eius, ipse eam re
quevit ab operibus suis sicut a suis deus. festinemus ergo ingredi in
illam requiem ut ne in idipsum quis incadat in exemplum
Vivus enim est enim sermo dei efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti
et pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus compagium quoque et me
dullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis et non est ulla
creatura invisibilis in conspectu eius Omnia autem nuda sunt et aperta oculis eius
ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit
celos iesum filium dei teneamus confessionem eius Non enim habemus
pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum autem per
omnia pro similitudine preter absque peccato Adeamus ergo cum fiducia ad thronum
gratie eius ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno

7.c

Omnis namque pontifex ab hominibus assumptus V.
pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum ut offerat dona
et sacrificia pro peccatis qui condolere possit his qui ignorant et errant
quoniam et ipse circumdatus est infirmitate et propter eam debet quemadmodum et pro plebe
ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis Nemo quoque sumit sibi honorem
nisi vocatus a deo tanquam aaron Sic et xpus non semetipsum
clarificavit ut pontifex fieret. sed qui locutus est ad eum filius meus
es tu ego hodie genui te Quemadmodum et in alio loco dicit Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech Qui in diebus carnis sue
preces supplicationesque ad eum qui possit salvum illum a morte facere cum cla
more valido et lacrimis offerens exauditus est pro sua reverentia Et
quidem cum esset filius dei didicit ex his que passus est obedientiam
et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne
appellatus a deo pontifex secundum ordinem melchisedech de quo nobis
grandis sermo et interpretabilis ad dicendum quoniam imbecilles facti
estis ad audiendum Etenim cum debeatis magistri esse propter tempus rursum
indigetis ut nos doceamini quis sint elementa exordii sermonum dei
et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo Omnis enim qui lacte
est participans expers est sermonis iustitiae parvulus enim est Perfectorum
autem est solidus cibus eorum qui per consuetudinem exercitatos
habent sensus ad discretionem boni et mali VI.